

Hermann Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Schuckman,
Theol. D. & Prof. Ad Exequias Quas ... Matronae Gertrudi Havemans/ ... Viri
Jacobi Nettelnbladt/ Praefecti quondam Templi Jacobaei, relictæ Viduae, Matri
suae desudératissimæ Hodie ... paratas cupiunt, liberi moestissimi. Cives
Academicos peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015>

Druck Freier  Zugang



Schuckman, H.,

in G. Haveman,

uxor. J. Nettelnbladt.

Rostock 1653.

40.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770858015/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015/phys_0002)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770858015/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015/phys_0003)





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770858015/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015/phys_0004)



104.

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HERMANNUSSCHUCKMAN
Theol. D. & Prof.
Ad
Exequias
Quas
Honissima, nunc beata Matrona
GERTRUDI Gabemans,
Integerrimi Viri
JACOBI Mertelnsbladt,
Præfecti quondam Templi Jacobæ,
relictæ Viduæ,
Matri suæ desideratissimæ
Hodie, ad horam 1. promeridianam paratas cupiunt, li-
berim aestissimi.
Cives Academios peramanter invitati.

R O S T O C H I I ,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO CLX LIII.



A, cuius funus,
Vobis Cives Acade-
mici, nunc indici-
mus, honestissima,
& quod præcipuum
est, beata Matrona
GERTRUDIS HABEMAN
Nata est Rostochi, Anno millesimo,
quingentesimo, septuagesimo nono,
Parentibus, honestæ cum vita, tum
famæ. Pater ei fuit **VALENTI-**
NUS HABEMAN, Civis quon-
dam hujus Urbis, ex ordine Negotia-
torum & Cerevisiariorum præcipuus.

A 2

Mater

Mater CATHARINA Kölßowen/
Matrona pia. Avus paternus LAU-
RENTIUS Haveman/ Cerevisarius
itidem, ac negotiator, civisq; Rosto-
chiensis primarius. Avia paterna
METTA Beselins. Avum porrò ma-
ternum habuit, JOHANNEM Kölßo-
wen Negotiatorem Industrium. Aviam
maternam, CATHARINAM Har-
mens. Nativitatem hanc ex carne se-
quuta est Regeneratio ex aquâ & Spi-
ritu: Quæ tribuenda non tam receptæ
alicui consuetudini, quam admirandæ
misericordiæ Dei; abs quâ si esset, nemo
fieret S. Baptismi particeps. Præterea,
cum parentum piorum sit, in sobole
collatam actu regenerationis, gratiam
Dei, educatione bonâ suscitare, sece-
runt & hic olim Parentes pié defunctæ
Matronæ, quod se decebat. Ita ad vir-
tutes

tutes muliebri sexui convenientes cum institu-
tione tum exemplis assuefacta filia, maritum,
nata est, Anno millesimo, quingentesimo nona-
gesimo nono, ætatis suæ vicesimo, JACOBUM
Nettelblat/ Præfectum postea templi Jacobæi,
cui fideliter ille præfuit, ut & in ordine Sedecim-
Virorum, ut vocant, Civitatis hujus non postre-
num. Exegit cum illo 34. annos, Conjugio
pacifico, mater facta filiorum quatuor & dua-
rum filiarum. Ex filijs superest natu maximus
CASPARUS, isq; obitum Matris suæ non imme-
ritò dolet: Cæteri verò VALENTINUS, JACO-
BUS & CHRISTIANUS, verso, uti communis
ter sententia, mortalitatis ordine, Matrem ante-
cesserunt. Ex filiabus major natu SARAH matri-
monium contraxit, Anno millesimo sexcente-
simo decimo septimo, cum JOHANNE Eiel-
ken/ Aulæ Ducalis quondam quæstore, Templiq;
Mariani apud nos præfecto, ex quo filium edi-
dit Patri cognominem JOHANNEM, qui ipse
Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo
septimo, uxorem duxit MARGRETAM JOA-
CHIMI Hahnen/ Patrij Rostochiensis, in prædijs
Deters & Hanshagen/ jure pignoratitio residen-
tis, filiam. Soluto verò per obitum mariti conju-
gio hoc primo, (quod factum Anno millesimo
sexcen-

sexcentesimo vicesimo sexto) perrexit Eadem,
ad secunda vota, nupsitq; CHRISTIANO von
Münster/ praefecto quondam templi Nicolai-
tani, quem ex Dei benedictione duorum filio-
rum & unius filiæ, qui in vivis tamen esse desie-
runt, parentem fecit: Et hujus quoq; obitum, fa-
cta denuò vidua nunc luget. Altera filiarum piè
defunctæ Matronæ, eaq; natu minor CATHA-
RINA, auspicatis nuptijs copulata est, Anno
millesimo sexcentesimo vicesimo octavo, mense
Febr. Viro Spectatiss. ac Prudentissimo Dn. Ro-
loff Maken/ Patricio primario, nunc Urbis hu-
jus Senatori, ex quo, cum quatuor filios & duas
filias, quarum natu minima mundo valexit,
feliciter per Dei gratiam peperisset, & ipsa
exacto decennio, ex hac vitâ migravit. Ità Beatæ
matronæ non minima felicitatis pars fuit, quod
esset novendecim liberorum respectivè Mater,
Avia, Proavia. Summum verò beatitudinis gra-
dum assecuta est, ex quo, ægritudine corporis
aliisq; tribulationibus macerata, senioq; consecta
pridie Ascensionis Dominicæ, anno ætatis sep-
tuagesimo quarto, à Redemptore suo & nostro,
cum quo esse, precibus ac suspiriis non semel
experiit, piè ac placidè in cœlum recepta, de o-
mnibus molestiis ineffabili gaudio triumphat.

Nobis

Nobis vero & Exemplum illa præbet mortalitatis ærumnosæ, & occasionem desiderandi triumphum longè maximum, eumq; in infinita duraturum secula, subministrat Mori posse hominem, postquam peccatum intravit in mundū, mirū nō est. Sed vivere post mortem vitam beatissimā, & triumphare posse de universâ malorū congerie, id admirandū summoperè est. Potestatem hanc, quisquis habet, non ex se ipso, sed à Christo habet. ADCENDIT hic in cælum, è quo & descenderat antè, non sui sed nostri causâ. Descendit quippe, ut captivos redimeret; ascendit, ut cum redemptoris triumpharet. Cætrum, ut partem obtineas in illo nunquam terminando triumpho, non opinione hîc, sed FIDE opus est; FIDE, inquam, quæ vincit mundum, priusquam mundo exieris, quæq; spretis vanitatibus, superna quærerit, ubi Christus sedet ad dextram Dei: Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de Cælo. Quisquis ergo, Bedæ verba sunt, in cælum ascendere desiderat, ei qui de cælo descendit (addimus: Ego in cælum ascendit) Ego est in cælo, se verâ fidei Ego dilectionis unitate conjungat, apertè intelligens, quod nullo alio ordine, nisi per eum, qui cælo descendit in cælum ascendere possit. Hæc mediaturi, Ci-
ves,

ves Academici, Convenite frequentes ad hodier-
nam primam in Templo Jacobæo, & funus Ma-
tronæ beatæ, eâ , quæ decet ordinem vestrum,
modestiâ comitamini. Cogitate præsentem
ubiq; Deum! P. P. Rostochi, die XXI.
Maji, Anno 1653, sub sigillo
Rectoratus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770858015/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770858015/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015/phys_0014)




[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770858015/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858015/phys_0016)



tutes muliebri sexui convenientes.
tione tum exemplis assuefacta fili
na facta est, Anno millesimo, quingent
gesimo nono, ætatis suæ vicesimo, J
Nettelblat / Præfectum postea rem
cui fideliter ille præfuit, ut & in ordi
Vitorum, ut vocant, Civitatis hujus
mum. Exegit cum illo 34. annos
pacifico, mater facta filiorum quat
rum filiarum. Ex filijs superest nat
CASPARUS, isq; obitum Matris suæ
ritò dolet: Cæteri verò **VALENTIN**
BUS & **CHRISTIANUS**, verso, uti
ter sententia, mortalitatis ordine, M
cesserunt. Ex filiabus major natu **S A**
monium contraxit, Anno millesim
simo decimo septimo, cum **J O H A**
ken/Aulæ Ducalis quondam quæstor
Mariani apud nos præfecto, ex quo
dit Patri cognominem **JOHANNE**
Anno millesimo sexcentesimo qua
septimo, uxorem duxit **MARGRET**
CHIMI Hahnen/Patrij Rostochiensi
Deters & Hans hagen/jure pignorati
tis, filiam. Soluto verò per obitum ma
gio hoc primo, (quod factum Ann

A 3



the scale towards document